

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0292

0290

0296

0286

0301

praesumtionem elati sunt, ut jam de caetero nec eorum vires
haberent suspectas nec nostris instare acerbius vererentur.

0281

Post abscessum ergo Christianorum occidentalium exercituum confortavit Dominus Balduinum regem Jerusalem, unde Ascalonem diu a Christianis obsessam vi cepit et Gazam, antiquissimam urbem, penitus derelictam reaedificavit et fratribus Templariis ad inhabitandum dedit. Tanti quoque animi et magnitudinis fuit, ut Turcorum satrapas strage magna percussos a se fugaret quinque millibus interfectis. Deinde Noradinum, Damascenorum militiae principem, Jerosolymorum agros infestantem, magna clade affectum usque in Damasci vicinia persecutus fuit. Multa etiam gravia bella gessit alia et captivitatem aliquando vix evasit.

0341

0241

0391

0191

0791

In diebus suis ortum est proelium seu discordia periculosa in Jerusalem inter dominum patriarcham Jerosolymitanum et Raymundum magistrum domus hospitalis sancti Johannis, qui una cum fratribus suis tam domino patriarchae, quam caeteris ecclesiarum praelatis multas super patriarchali jure inferre coeperunt molestias. Nam sive a domino patriarcha sive ab episcopis et praelatis ecclesiarum ob scelera sua excommunicatos et ab ecclesia separatos ad celebrationem divinorum passim recipiebant, aegrotis viaticum et extremam unctionem dabant et mortuis in excommunicatione sepulturam multaque alia contra immunitatem ecclesiarum faciebant. Cumque dominus patriarcha super hujusmodi temeritate saepius conquereretur et reclamaret, sicut tenebatur, cives usque ad eam temeritatem venerunt, ut armis correptis contra patriarcham in ecclesiam sancti sepulchri irruerent. Et hoc fuit initium omnium malorum et futurae perditionis civitatis et terrae. Causae mali hujus Romana ecclesia materiam praebuit in eo, quod hospitale semper domino patriarchae subjectum exemptavit, sic et Templarios exemit et dominis Theutonicis privilegia dedit, exemptis autem et privilegiatis illis parva erat et quasi nulla jurisdictio patriarchae et episcoporum, et ita facta est regni divisio et per consequens destructio, juxta illud Lucae XI., 17.: Omne regnum in se divisum desolabitur.

Ende

Anfang

